 euerit in sabbatis uis quando
 habitabatis in ea. Et qui de uo-
 bis remanserint: dabo pauorem
 in cordibus eorum in regionibus
 hostium. Terrebit eos sonitus folij
 uolantis: et ita fugient quasi gla-
 dium. Cadent nullo sequente:
 et corruent singuli sup fratres su-
 os quasi bella fugientes. Nemo
 uir in inimicis audebit resistere.

Peribitis inter gentes: et hostibus uos
 terra consumet. Quod si et de his
 aliqui remanserint: tabescent in
 iniquitatibus suis in terra inimico-
 rum suorum. Et propter peccata
 patrum suorum et sua affligentur:
 donec confiteantur iniquitates
 suas et malorum suorum recorden-
 tur. quibus preuaricati sunt in me.
 et ambulauerunt ex aduerso mi-
 chi. Ambulabo igitur et ego con-
 tra eos. et inducam illos in terram
 hostilem: donec erubescat in circū-
 cisa mens eorum. Tunc orabunt
 pro impietatibus suis: et recorda-
 bor federis mei qd pepigi cum ia-
 cob et ysaac et abraham. Tunc
 quoq; memor ero. Que cū relicta
 fuerit ab eis: complacabit sibi in
 sabbatis suis paciens solitudinē
 propter illos. Ipsi uero rogabunt
 pro peccatis suis: eo qd abiecerint
 iudicia mea et leges meas despex-
 erunt. Attamen etiam cum essent
 in terra hostili: non penitus abieci
 eos neq; sic despexi ut consumeren-
 tur. et irritū facerem pactum meū
 cum eis. Ego enim sum dñs deus
 eorum. Et recordabor federis mei
 pristini: quando eduxi eos de ter-
 ra egypti in conspectu gentium
 ut essem deus eorum. Ego dñs dñs.
 Hec precepta atq; iudicia et leges
 quas dedit dñs inter se et inter
 filios isrl in monte synai: per ma-
 num moysi.

Locutusq; est dñs ad moysen:
 dicens. Loquere filiis isrl: et dices
 ad eos. Homo qui uotum fecerit
 et sponderit deo animā suā:

sub estimatione dabit pretium. Si fuerit masculus: a uicesimo usque ad sexagesimum annum dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarij. Si mulier: triginta. A quinto autem anno usque ad uicesimum: masculus dabit uiginti siclos. femina decem. Ab uno mense usque ad annum quintum pro masculo dabuntur quinque sicli: pro femina tres. Sexagenarius et ultra: masculus dabit quidem decem siclos. femina decem. Si pauper fuerit et estimationem reddere non ualebit: stabit coram sacerdote. Et quantum ille estimauerit et uiderit cum posse reddere: tantum dabit. Animal autem quod immolari potest domino si quis uouerit sanctum erit et mutari non poterit: id est nec melius malo. nec peius bono. Quod si mutauerit: et ipsum quod mutatum est. et illud pro quo mutatum est consecratum erit domino. Animal immundum quod immolari domino non potest si quis uouerit: adducetur ante sacerdotem. Qui diudicabit utrum bonum an malum sit: statuet pretium. Quod si dare uoluerit: et offerit: addet supra estimationis quintam partem. Homo si uouerit domum suam et sanctificauerit domino: considerabit eam sacerdos utrum bona an mala sit. et iuxta pretium quod ab eo fuerit constitutum uenundabitur. Sin autem ille qui uouerit uoluerit redimere eam: dabit quintam partem estimationis supra et habebit

domum. Quod si agrum possessio-
nis sue uouerit consecrauerit domino:
iuxta mensuram sementis estima-
bitur pretium. Si triginta modij
ordei seritur in terra: quinquaginta siclis uendetur argenti. Si
statim ab anno incipiens iube-
lei uouerit agrum: quanto ualere
potest. tanto estimabitur. Sin au-
tem post aliquantum temporis:
supputabit sacerdos pecuniam
iuxta annorum qui reliqui sunt
numerum usque ad iubeleum et de-
trahetur ex pretio. Quod si uolu-
erit redimere agrum ille qui uo-
uerat: addet quintam partem
estimate pecunie et possidebit
eum. Sin autem noluerit redimere
sed alteri cuiuslibet fuerit uenun-
datus: ultra eum qui uouerat re-
dimere non poterit. quia cum
iubelei uenerit dies. sanctificatus
erit domino. et possessio consecrata
ad eius pertinet sacerdotum. Si
ager emptus est. et non de posses-
sione maiorum sanctificatus fuerit
domino: supputabit sacerdos iuxta
annorum numerum usque ad iube-
leum pretium. et dabit ille qui
uouerit eum domino. In iubeleo au-
tem reuertetur ad priorem dominum
qui uendiderat eum: et habue-
rat in sorte possessionis sue. Om-
nis estimatio: siclo sanctuarij
ponderabitur. Siclus: uiginti
obolos habet. Primogenita que
ad dominum pertinent. nemo sanctificare
poterit: et uouere. Siue bos siue
ouis fuerit: domini sunt. Quod si
immundum est animal: redimet

qui obtulit iuxta estimationem suam. et addet quintam partem pretij. Si redimere noluerit: uendatur alteri. quanto cumque fuerit estimatum. Omne quod domino consecratur. siue homo fuerit siue animal. siue ager: non uendatur. nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum: sanctum scilicet erit domino. Et omnis consecratio que offertur ab homine non redimetur: sed morte morietur. Omnes decime terre siue de frugibus siue de pomis arborum domini sunt: et illi sanctificantur. Siquis autem uoluerit redimere decimas suas: addet quintam partem earum. Omnium decimarum bouis et ouis et capre que sub pastoris turga transeunt: quicquid decimam uenerit sanctificabitur domino. Non eligitur nec bonum nec malum: nec altero commutabitur. Siquis mutauit id quod mutatum est: uel id quod mutatum est. sanctificabitur domino et non redimetur. Hec sunt precepta que mandauit dominus moysi ad filios israel: in monte synai:

Explicit leuiticus qui hebraice dicitur uagwra. habet uersus. ij. ccc. Incipiunt capitula libri numi.

Recognitio duodecim tribuum facta a moysi et aaron et duodecim principibus a. xx. anno et supra preter leuitas.

Iubet dominus tribum leui non numerari ut ipsi tabernaculo deseruiant et ministrent.

Iubet dominus ut ordinate procedant per domos paternas et per turmas.

De prole moysi et aaron et filiorum eius qui ad sacerdotium uincti sunt.

Leuital dicit dominus ad iungendum aaron eo quod sibi acceperit eos pro omnibus primogenitis israel. Cunctas dinumerant a mense uno et supra. xxii. ccc.

Omne primogenitum filiorum israel a mense uno et supra iussit dominus dinumerari.

Filios caath iubet dominus portare archam et mensam et altare. et ut non tangerent sancta ne moriantur. *Et loza.*

Filios gerson iubet portare tabernaculum et mensam et altare et bases omnes portantes opus tabernaculi. viii. dlxxx.

Iubet dominus eici de castris omne immundum.

De muliere que latenter fuerit adulterata.

De his qui uotum uouerunt castitatis.

Quomodo benedicant populum sacerdotes.

Vngit moyses tabernaculum et principes munera offerunt.

Singuli per singulos dies. xii. principes munera moysi offerunt.

De candelabro et lucernis. *Tabernaculi.*

De leuitis purificatis ad ministerium tabernaculi.

A. xxv. annis leuitas accedere ad ministrandum. et a. l. recedere.

Anno secundo ex egypto in primo mense iubet dominus celebrari pascha.

Perfectum est tabernaculum et nubes texit illud in die et ignis in nocte.

Precedente nube ex precepto domini promouebant et consistebant.

De turribus argenteis ad promouenda castra.

In secundo anno secundo mense promouent omnes filii israel castra. *Venire secum.*

Mobab cognatum suum hortatur moyses promouerunt castra de monte domini et artha testamenti precedebat eos.

Murmurauit populus et ignis consumpsit

aliquos ex ipsis
Fleuit populus petentes carnes et dixit moyses ad dominum non potero solus ferre populum
Dixit dominus moysi conuoca ad me septuaginta uiros seniores. et dabo eos tibi in auxilium.
Tulit dominus ab spiritu moysi et posuit super seniores et prophetauerunt.
Misit dominus gregem coturnicium in castra. et percussit ex populo uiginti tria milia uiros.
Aaron et maria male locuti sunt de moysi. et maria perfusa est lepra et fuit extra castra septem diebus.
Misit moyses speculatores duodecim singulos de singulis tribubus; qui reuersi miserunt errorem in populo. chaleb autem exhortabatur populum ut ascenderent aduersus eos.
Murmurauit populus dicens demus nobis duces et reuertamur in egyptum.
Iratus dominus et dixit. percute populum. et deprecatus est moyses dominum et propitius factus est in eis. *Stauerunt*
Iurauit dominus non introducere eos in terram promissionis. pro eo quod murmurauerunt contra me et contra uerba mea. et dixit dominus. *Stauerunt*
Deholocausto et sacrificio.
Primicias panis terre quam ingressi fuerint iubes offerri dominus.
Eum qui colligit ligna in sabbato. iubes dominus lapidari.
De sistris faciendis.
De chore. dathan. et abiron. et ceteris principibus.
Dixit dominus delere omnem synagogam et deprecati sunt moyses et aaron pro populo et glutauit terra dathan et abiron. et consumpsit ignis chore. et ceteros ferentes incensum.
Exiit ira a facie domini. et fragor factus est et mortui sunt ex populo. xiiii. milia. dcc. pro eo quod murmurauerunt aduersus moysen et aaron.

Sistrum. **D**e uirgo aaron que floruit. et ut designat populus murmurare ne moriantur.
Tribum leui iubes seruire tabernaculo et custodire. et ad uasa ne accedant.
Lebitai iubes accipere decimas. et ex ipsis decimas offerre *Sionis.*
Vaccam cremari in cineres ad aquam spargendam.
Mortua est maria in deserto murmurauit populus pro aqua et percussit moyses petram uirga dicens. numquid de petra hac producemus uobis aquam?
Misit moyses ad regem edom ut transiret per ipsum et noluit. *Stam aaron.*
Iubes dominus moysi ut uestiat deazarum filium ex arad belligerum aduersus israhel domino prohibente et subditi sunt ei.
Murmurauit populus et mimisit in eis dominus colubros mortiferos.
Prosecuti ambulant per desertum. et misit moyses ad seon ut transirent per fines eius: et noluit seon sed uenit ad pugnam.
Exiit og rex in obinam israhel ad pugnam et fecit ei sicut fecit seon regi amorreorum.
Balac rex moab misit ad balaam ut ueniret et malediceret israhel. et obuiauit illi angelus euaginato gladio.
Fornicati sunt ex populo cum madianitis. et occidit fines zabri cum madianitis et mortui sunt.
Dixit dominus moysi ut percant madianitas. *Stam aaron.*
Precepit dominus moysi a uigesimo anno et supra considerari populum et numerati sunt. dc. mil. et mille. dccc. xxx.
Filius leui ex quibus; amram et uxor eius iocabeth que peperit aaron et moysen et mariam. qui considerati sunt ab uno mense et supra uiginti tria milia.
Accipit moyses hiesum filium naue et imposuit super eum manus coram omni populo sicut constituit illi dominus.

Dicit dñs moysi ut precipiat populo de sacrificijs. et de hostijs.

Que in die pasche offerri debeat ostendit.

Que in pentecosten.

Que in mense septimo per dies septem.

Quorum qđ uouerit quis n̄ pretermittendū.

Dicit dñs moysi ut faciat uindictam in madianitas et commiserunt contra madian et occiderunt omne masculinum eorum.

Filij ruben et gad petierunt a moysi terram intra iordanem dicentes. mulieres n̄as et pecora n̄a relinquimus hic: et procedemus nos ante popl̄m armati et ordinati. *Sunt de egypto.*

De uerticula filiorū isrl̄: ex quo p̄fecti dicit dñs ut discedant omnes inhabitantes chanaan quod si relicti fuerint esse sudet in oculis eorum. *S in sortem.*

Nouem tribub; et dimidie tribui manasse terram chanaan iubet dñs diuidi

Nomina hominū qui discedant filiis isrl̄ terram chanaan.

Civitates signis que dant leuitas que sint in refugium. *S beac ostendit.*

In ciuitatib; refugiorū quib; causis peccantes homicidia qđ confugere de-

De filiab; salphaat iubetur ut sint in tribu plebis patris sui.

Explicunt capitula.

Incipit liber uagedabek que nos dicimus numerum.

ocutusq; est dñs ad moysi in deserto synai in

tabernaculo federis. prima die mensis scdi. anno altero egressio- nis eorū ex egypto dicens. Tollite summam uniuerse congregatio- nis filiorū isrl̄ per cognationes et domos suas et nomina singulorū

quicquid sexus est masculini a uicesimo anno et supra omnium ui- rorum fortium ex isrl̄: et numera- biles eos per turmas suas tu et aaron. Eruntq; uobiscum principes tri- butum ac domorum in cognatio- nibus suis: quorū ista sunt nomi- na. De ruben: elisur filius seder. De symeon: salamiel filius suris addai. De iuda: naason filius ammadab. De isachar: nathanael filius suar. De zabulon: heliab fi- lius helon. Filiorum autē ioseph: de ephraim. elisama filius amud. De manasse: gamaliel filius pha- dassur. De beniamin: abidan fi- lius gedeonis. De dan: abiezer fi- lius amissaddai. De aser: phaziel filius ochran. De gad: chiasaph fi- lius duhel. De neptalim: harra fi- lius herian. Hii nobilissimi princi- pes multitudinis: per trib; et co- gnationes suas. et capita exercitū isrl̄. Quos tulerunt moyses et aa- ron cum omni uulgi multitudi- ne: et congregauerunt primo die mensis secundi recensentes. eos per cognationes et domos ac familias et capita et nomina sin- gulorū. ac uicesimo anno et sup. sicut preceperat dñs moysi. nume- ratiq; sunt in deserto synai. De ru- ben primogenito israhelis. p̄ cogna- tiones et familias ac domos suas et nomina capitum singulorum. omne qđ sexus est masculini. a uicesimo anno et supra. proceden- tium ad bellum: quadraginta sex milia quingenti. De filiis syme- on: per generationes et familias



ac domus cognationū suarū. recensī sunt per nomina et capita singulorum. omne qđ sexus est masculini a uicesimo anno et supra procedentium ad bellum. quinquaginta nouem milia trecenti. De filiis gad: p generationes et familias ac domos cognationum suarum. recensī sunt p nomina singulorum a uiginti annis et supra omnes qui ad bella pcederent. quadraginta quinque milia sexcenti quinquaginta. De filiis iuda: per generationes et familias ac domos cognationū suarū. recensī sunt per nomina singulorum a uicesimo anno et supra. omnes qui poterant ad bella procedere. recensī sunt septuaginta quatuor milia sexcenti. De filiis isachar: p generationes et familias ac domos cognationū suarū p nomina singulorum. a uicesimo anno et supra omnes qui ad bella procederent. recensī sunt quinquaginta quatuor milia quadringenti. De filiis zabulon: p generationes et familias ac domos cognationū suarū. recensī sunt p nomina singulorū. a uicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella procedere. quinquaginta septem milia quadringenti. De filiis ioseph: filiorū ephraim p generationes et familias ac domos cognationum suarum. recensī sunt p nomina singulorū a uicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella procedere. quadraginta milia quingenti. Porro filiorū manasse: p generationes et familias ac domos cogna-

tionum suarū. recensī sunt per nomina singulorū a uiginti annis et supra. omnes qui poterant ad bella procedere. triginta duo milia ducenti. De filiis beniamin: per generationes et familias ac domos cognationum suarū. recensī sunt nominibus singulorum a uicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella procedere. triginta quinque milia quadringenti. De filiis dan: per generationes ac familias et domos cognationū suarū. recensī sunt nominibus singulorū a uicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella procedere. sexaginta duo milia septingenti. De filiis aser: p generationes et familias ac domos cognationū suarū. recensī sunt p nomina singulorū a uicesimo anno et supra. omnes qui poterant ad bella procedere. quadraginta milia et mille quingenti. De filiis neptalim: p generationes et familias ac domos cognationū suarū. recensī sunt nominibus singulorū a uicesimo anno et supra omnes qui poterant ad bella procedere. quinquaginta tria milia quadringenti. Hi sunt quos numerauerunt moyses et aaron et duodecim principes isrl: singulos p domos cognationum suarum. Fueruntq; omnes filiorum isrl per domos et familias suas a uicesimo anno et supra qui poterant ad bella procedere. sexcenta tria milia uirorū quingenti quinquaginta. Leuitę autem in tribu familiarum suarū. non sunt numerati cum eis.

144

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tribum leui nolite numerare. neque ponas summam eorum cum filiis israel: sed constitue eos super tabernaculum testimonij cuncta uasa eius et quicquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum et omnia utensilia eius: et erunt in ministerio ac pergyrum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendum fuerit. deponent leuite tabernaculum: cum castra metanda erigent. Quisquis extranorum accesserit: occidetur. Operabuntur autem castra filij israel: unusquisque per turmas et cuneos atque exercitum suum. Porro leuite pergyrum tabernaculi figent tentoria. ne fiat indignatio super multitudinem filiorum israel: et excubabunt in custodijs tabernaculi testimonij. Feceruntque ergo filij israel iuxta omnia que preceperat dominus moysi.

Locutusque est dominus ad moysen et aaron: dicens. Singuli per turmas signa atque uexilla et domos cognationum suarum castra metabunt filij israel: pergyrum tabernaculi federis. Ad orientem iudas figent tentoria. per turmas exercitus sui: eritque princeps filiorum eius nathan filius aminadab. et omnis de stirpe eius summa pugnantium: septuaginta quatuor milia sexcentorum. Juxta eum castra metati sunt: de tribu ysachar. Quorum princeps fuit nathanael: filius suar. Et omnis numerus pugnantium eius: quinquaginta

quatuor milia quadringenta. In tribu zabulon: princeps fuit beliab filius belon. Omnis de stirpe eius exercitus pugnantium: quinquaginta septem milia quadringenta. Uniuersi qui in castris iudee annumerati sunt: fuerunt centum octoginta milia et sex milia quadringenti. et per turmas suas primi egredientur. In castris filiorum ruben ad meridiana plagam: erit princeps elisur filius sedeur. Et cunctus exercitus pugnantium eius. qui numerati sunt: quadraginta sex milia quingenti. Juxta eum castra metati sunt de tribu symeon: quorum princeps fuit salamiel filius surisaddai. Et cunctus exercitus pugnantium eius qui numerati sunt: quadraginta quinque milia sexcenti quinquaginta. Omnes qui recensiti sunt in castris ruben: centum quinquaginta milia et mille quadringenti quinquaginta. Per turmas suas in secundo loco proficiscuntur. Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia leuitarum et turmas eorum. Quomodo erigitur: ita deponetur. Singuli per loca et ordines suos proficiscuntur. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum ephraim: quorum princeps fuit elisama filius amud. Cunctus exercitus pugnantium eius qui numerati sunt: quadraginta milia quingenti. Et cum eis erit filiorum manasse: quorum princeps fuit gamaliel filius phadasur. Cunctus exercitus pugnantium eius. qui numerati sunt:

quinquaginta nouem milia trecenti. In tribu gad: princeps fuit heliasaph filius duhel. Et cunctus exercitus pugnantium eius qui numerati sunt:

triginta duo milia ducenti. In tribu
 filiorum beniamin: princeps fuit
 abidan filius gedeonis. Et cunctus
 exercitus pugnatorum eius qui re-
 censi sunt: triginta quinq; milia
 quadringenti. Omnes qui numerati
 sunt in castris ephraim: centum
 octo milia ~~centum~~. Per turmas suas
 tertijs proficiscuntur. Ad aquilonis
 partem castra metati sunt filij dan:
 quorū princeps fuit abiezer filius
 amifaddai. Cunctus exercitus pu-
 gnatorum eius qui numerati sunt:
 sexaginta duo milia septingenti.
 Iuxta eum fixere tentoria de tribu
 aser: quorū princeps fuit phazibel
 filius ochran. Cunctus exercitus pu-
 gnatorum eius qui numerati sunt:
 quadraginta milia et mille quin-
 genti. De tribu filiorum neptalim:
 princeps fuit haira filius benan.
 Cunctus exercitus pugnatorū eius:
 quinquaginta tria milia quadrin-
 genti. Omnes qui numerati sunt
 in castris dan: fuerunt centū quin-
 quaginta septem milia sexcenti.
 Et nouissimi proficiscuntur. hic nu-
 merus filiorum isrl' p' domos cogna-
 tionū suarū et turmas diuisi exer-
 citus: sexcenta tria milia quingenti
 quinquaginta. Leuite autē non
 sunt numerati inter filios isrl'. Sic
 enī precepit dñs moysi. Feceruntq;
 filij isrl' iuxta omnia que manda-
 uerat dñs. Castra metati sunt p' tur-
 mas suas: et profecti p' familias ac
 domos patrum suorum. *Qui;*

Hec sunt generationes aaron et
 moysi: in die qua locutus est dñs
 ad moysen. in monte synai: et hec

nomina filiorum aaron. Primoge-
 nitus eius nadab. Dein. habiu. et
 eleazar. et ichamar. Hec nomina
 filiorum aaron sacerdotū qui uncti
 sunt: et quorum replete et conse-
 crate manus. ut sacerdotio finge-
 rentur. Mortui sunt nadab et
 abiu cum offerrent ignem alienū
 in conspectu dñi in deserto synai.
 absq; liberis: functiq; sunt sacer-
 dotio eleazar et ichamar coram
 aaron patre suo.

Locutus est dñs ad moysen dicens.
 Applica tribum leui et fac stare in
 conspectu aaron sacerdotis: ut mi-
 nistrent ei et excubent et obser-
 uent quicquid ad cultum ponet
 multitudinis coram tabernacu-
 lo testimonij. ut custodiant uasa
 tabernaculi seruientes in ministe-
 rio eius. Dabisq; dono leuitas aa-
 ron et filijs eius: quib; traditi sūt
 a filijs isrl'. Aaron autē et filios ei:
 constitues sup cultum sacerdotij.
 Externus qui ad ministrandum
 accesserit: morietur. Locutusq;
 est dñs ad moysen dicens. Ego
 tuli leuitas a filijs isrl' pro omni
 primogenito qui aperit uulua
 in filijs isrl': et unctq; leuite mei.
 Meum est enim omne primo-
 genitū: ex quo percussis primoge-
 nitos in terra egypti. Sanctifica-
 ui michi quicquid primū nas-
 citur in isrl'. Ab homine usq; ad
 pecus: mei sunt. Ego dñs.

Locutus est dñs ad moysen di-
 cens in deserto synai. Numerati
 filios leui per domos patrum suo-
 rum et familias: omnem mas-

culum ab uno mense et supra. Numeravit moyses ut preceperat dominus. Et inveni sunt filij leui per nomina sua: gerson. et caath. et merari. Filij gerson: lebni. et semei. Filij caath: amram. et iessar. hebron. et ozibel. Filij merari: mooli et musi. De gerson fuerunt familie due: lebnitica et semcitica. Quarum numeratus est populus sexus masculini ab uno mense et supra: septem milia quingentorum. Hi post tabernaculum metabuntur ad occidentem sub principe heliasaph filio iabel. Et habebunt excubias in tabernaculo federis: ipsum tabernaculum et operimentum eius. tentorium quod trahitur ante fores tenti federis: et coronas atrij. tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi. et quicquid ad ritum altaris ponet. funes tabernaculi. et omnia utensilia eius. Cognatio caath habebit populos: amramitas. et iessaaritas. et hebronitas. et ozibeditas. Hec sunt familie caathitarum: recensere per nomina sua. Omnes generis masculini ab uno mense et supra: octo milia sexcenti. Habebunt excubias sanctuarij: et castra metabuntur ad meridianam plagam. Princepsque eorum erit helisaphan: filius ozibel. Et custodient archam mensamque et candelabrum. altaria et uasa sanctuarij in quibus ministratur. et uelum. cunctamque huiusmodi suppellectilem. Princeps autem principum leuitarum eleazar filius aaron sacerdos: erit super

excubitores custodie sanctuarij. At uero de merari erunt populi moolite et musite. Recensere per nomina sua. omnes generis masculini ab uno mense et supra sex milia ducenti. Princeps eorum suribel: filius abiabel. In plaga septentrionali: castra metabuntur. Erunt sub custodia eorum tabule tabernaculi. et uestes. et columpne. ac bases earum. et omnia que ad cultum huiusmodi pertinent: columpneque atrij per circuitum cum basibus suis. et paxilli cum fimbriis. Castra metabuntur ante tabernaculum federis id est ad orientalem plagam. moyses et aaron cum filiis suis: habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum israhel. Quisquis alienus accesserit: morietur. Omnes leuite quos numerauerunt moyses et aaron iuxta preceptum domini per familias suas in genere masculino. a mense uno et supra: fuerunt uiginti duo milia.

Et ait dominus ad moysen. Numeras primogenitos sexus masculini de filiis israhel a mense uno et supra: et habebis summam eorum. Tolleque leuitas michi pro omni primogenito filiorum israhel: ego sum dominus. et pectora eorum pro uniuersis primogenitis pectoris filiorum israhel. Recensuit moyses sicut preceperat dominus primogenitos filiorum israhel: et fuerunt masculi per nomina sua a mense uno et supra uiginti duo milia ducenti septuaginta tres. Locutusque est dominus ad moysen. Tolle leuitas pro primogenitis filiorum

isrl: et pecora leuitarum pro peccatis
 ribus eorum: eruntq; leuitae mei. Ego
 sum dñs. In precio autem ducento-
 rum septuaginta trium qui excedit
 numerum leuitarum. de primogeni-
 tis filiorum isrl: accipies quinque si-
 cios p singula capita ad mensuram
 sanctuarij. Siclus habet obolos vi-
 ginti. Dabisq; pecuniam aaron
 et filijs eius: pretium eorum qui su-
 pra sunt. Gubnabit igitur moyses pec-
 uniam eorum qui fuerant amplius.
 et quos redemerant a leuitis pro pri-
 mogenis filiorum isrl: mille trecenti-
 orum sexaginta quinque siclorum
 iuxta pondus sanctuarij: et dedit
 eam aaron et filijs eius. iuxta ver-
 bum qd preceperat sibi dñs. Locutus
 est dñs ad moysen et aaron dicens.
Ums Tolles summam filiorum caath de
 medio leuitarum per domos et fami-
 lias suas a tricesimo anno et supra
 usq; ad quinquagesimum annum:
 omnium qui ingrediuntur ut stent
 et ministrent in tabernaculo fe-
 deris. hic est cultus filiorum caath.
 Tabernaculum federis et sanctum
 sanctorum ingrediuntur aaron
 et filij eius quando mouenda sunt
 castra. et deponent uelum qd pen-
 det ante fores. inuoluentq; eo ar-
 cham testimonij. et operient rur-
 sum uelamine iacinthum pellium:
 extendentq; desuper pallium totum
 hyacinthinum et inducent uestes.
 Mensam quoq; propositionis inuol-
 uent hyacinthino pallio: et ponent
 cum ea turibula. et mortariola.
 ciatos. et crateras. ad liba funden-
 da. Panes semper in ea erunt. Exten-

dentq; desuper pallium coccineum: qd
 rursum operient uelamento hya-
 cinthinarum pellium. et inducent
 uestes. Sumentq; et pallium hyacina-
 num quo operient candelabrum cum
 lucernis et forcipibus suis. emuncatorij
 et cunctis uasis olei que ad concinnan-
 das lucernas necessaria sunt: et super
 omnia ponent operimentum hyacin-
 thinarum pellium et inducent uestes.
 Nec non et altare aureum inuoluent
 hyacinthino uestimento: et extendent
 desuper operimentum hyacinthinarum
 pellium inducentq; uestes. Omnia
 uasa quibus ministratur in sanctua-
 rio inuoluent hyacinthino pallio:
 et extendent desuper operimentum
 hyacinthinarum pellium. inducentq;
 uestes. Sed et altare mundabunt
 cinere. et inuoluent illud purpu-
 reo uestimento: ponentq; cum eo
 omnia uasa quibus in ministerio
 eius utuntur. id est ignium recepta-
 cula. fuscinas. ac tridentes. unci-
 nos. et bacilla. Cuncta uasa altaris
 operient simul uelamine hyacin-
 thinarum pellium: et inducent ue-
 stes. **C**umq; inuoluerint aaron
 et filij eius sanctuarium et omnia
 uasa eius in commotione castrorum:
 tunc intrabunt filij caath ut por-
 tent inuoluta. et non tangant
 uasa sanctuarij ne moriantur. Ista
 sunt onera filiorum caath. in taber-
 naculo federis. Super quos erit elea-
 zar filius aaron sacerdos: ad cuius
 ponet curam. oleum ad concinnan-
 das lucernas. et compositionis. in-
 censum et sacrificium qd semper
 offertur. et oleum unctionis et

quicquid ad cultum tabernacu-
li pertinet. omniumq; uasorum
que in sanctuario sunt. Locutus
est dñs ad moysen et aaron dicens.
Nolite perdere populum caath de me-
dio leuitaru: sed hoc facite eis ut
uiuam et non moriantur si tinge-
rit sancta sanctoru. Aaron et filij
eius iurabunt. ipsiq; disponent
onera singuloru: et diuident qd
portare quis debeat. Alij nulla
curiositate uideant que sunt in
sanctuario priusquam inuoluantur.

Alioquin moriantur.

Locutus est dñs ad moysen dicens.
Tolle summam etiam filioru ger-
son p domos ac familias et cogna-
tiones suas. A triginta annis et
supra. usq; ad annos quinquag-
inta: numerata omnes qui ingre-
diuntur et ministrant in taber-
naculo federis. Hoc est officium
familie gersonitaru: ut portent
cornas tabernaculi et testum fe-
deris operimentu aliud et sup om-
nia uelamen hyacinthinum tecto-
riumq; quod pendet in introitu
federis tabernaculi. cornas atrij
uelum in introitu qd est ante ta-
bernaculum. Omnia que ad al-
tare ponent. funiculos et uasa
ministerium iubente aaron et filijs
eius portabunt filij gerson: et
scient singuli cui debeant oneri
manipari. Hic est cultus familie
gersonitarum: in tabernaculo
federis. Eruntq; sub manu ita-
mar filij aaron sacerdotis.

Filios quoq; merari p familias
et domos patrum suoru recense-

bis. a triginta annis et supra usq;
ad annos quinquaginta: omnes
qui ingrediuntur ad officium mi-
nisterij sui. et cultum federis testi-
monij. Hec sunt onera eoru. Por-
tabunt tabulas tabernaculi et ue-
des eius. columnas et bases earum:
columnas quoq; atrij portantium
cum basibus et paxillis et funib;
suis. Omnia uasa et suppellectile
ad numeru accipient: sicq; por-
tabunt. Hoc est officium familie
meraritaru: et ministeriu in ta-
bernaculo federis. Eruntq; sub
manu itamar filij aaron sacer-
dotis. Recensuerunt igitur moy-
ses et aaron et principes synago-
ge filios caath per cognationes et
domos patrum suorum. a trigin-
ta annis et supra. usq; ad annum
quinquagesimum omnes qui in-
grediuntur ad ministeriu taber-
naculi federis: et inueniuntur duo
milia septingenti quinquaginta.
hic est numerus populi caath:
qui intrat tabernaculum federis.
Hos numerauit moyses et aaron
iuxta sermonem dñi p manum
moysi. Numerati sunt et filij ger-
son per cognationes et domos pa-
trum suoru a triginta annis et
supra usq; ad annum quinquag-
esimu omnes qui ingrediuntur
ut ministrent in tabernaculo fe-
deris: et inueniuntur duo milia
sexcenti triginta. hic est populus
gersonitarum: quos numerauit
moyses et aaron iuxta uer-
bum dñi. Numerati sunt et filij
merari p cognationes et domos